 vitulus marinus, m. - seal
 vivo, vivere, vixi - live
 vix - hardly, only just
 voco, vocare - call

volvo, volvere - roll, churn up
 votum, voti, n. - prayer
 vultus, vultus, m. - face

Z

Zephyrus, Zephyri, m. - the west wind

BLANK PAGE

BLANK PAGE

Eduqas Latin GCSE

Prescribed material for Component 2:
Latin Literature and Sources (Themes)

Theme B: Superstition and Magic

This is the official examination material
for the Eduqas Latin GCSE (2022–2023)

Theme B: Superstition and Magic



Picture 1



Picture 2



Picture 3



Picture 4



Picture 5



Picture 6

Horace, Omens good and bad

impios parrae recinentis omen
ducat et praegnans canis aut ab agro
rava decurrens lupa Lanuvino
fetaque volpes;

rumpat et serpens iter institutum, 5
si per obliquum similis sagittae
terruit mannos: ego cui timebo
providus auspex,

antequam stantes repetat paludes 10
imbrium divina avis inminentum,
oscinem corvum prece suscitabo
solis ab ortu.

sis licet felix, ubicumque mavis, 15
et memor nostri, Galatea, vivas,
teque nec laevus vetet ire picus
nec vaga cornix.

Martial, Cures for bad dreams

semper mane mihi de me mera somnia narras,
quae moveant animum sollicitentque meum.
iam prior ad faecem, sed et haec vindemia venit,
exorat noctes dum mihi saga tuas;
consumpsi salsasque molas et turis acervos; 5
decrevere greges, dum cadit agna frequens;
non porcus, non chortis aves, non ova supersunt.
aut vigila aut dormi, Nasidiane, tibi.

Ovid, Dipsas the sorceress

est quaedam (quicumque volet cognoscere lenam, audiat) est quaedam nomine Dipsas anus. ex re nomen habet: nigri non illa parentem Memnonis in roseis sobria vidit equis.	
illa magas artes Aeaeaque carmina novit, inque caput liquidas arte recurvat aquas; scit bene quid gramen, quid torto concita rhombo licia, quid valeat virus amantis equae.	5
cum voluit, toto glomerantur nubila caelo; cum voluit, puro fulget in orbe dies. sanguine, si qua fides, stillantia sidera vidi; purpureus Lunae sanguine vultus erat.	10
hanc ego nocturnas versam volitare per umbras suspikor et pluma corpus anile tegi. suspikor, et fama est. oculis quoque pupula duplex fulminat et gemino lumen ab orbe venit.	15
evocat antiquis proavos atavosque sepulcris et solidam longo carmine findit humum.	

Petronius, A spooky story

cum adhuc servirem, amare coepi Melissam, uxorem Terentii cauponis, pulcherrimum bacciballum. huius contubernalis ad villam supremum diem obiit. itaque per scutum per ocream egi aginavi quemadmodum ad illam pervenirem: nam in angustiis amici apparent. 5

forte dominus Capuam exierat ad negotium expediendum. ego occasionem nactus persuadeo hospiti nostro ut mecum ad quintum miliarium veniat. erat autem miles, fortis tamquam Orcus. apoculamur nos circa gallicinia; luna lucebat tamquam meridie. venimus inter monimenta: homo meus coepit ad stelas 10
facere; sedeo ego cantabundus et stelas numero. deinde ut respexi ad comitem, ille exuit se et omnia vestimenta secundum viam posuit. mihi anima in naso esse; stabam tamquam mortuus. at ille circumminxit vestimenta sua, et subito lupus factus est. nolite me iocari putare; ululare coepit 15
et in silvas fugit. ego primo nesciebam ubi essem; deinde accessi ut vestimenta eius tollerem: illa autem lapidea facta sunt.

paene timore mortuus sum. gladium tamen strinxi et in tota via umbras cecidi, donec ad villam amicae meae pervenirem. ut 20
larva intravi, paene animam ebullivi, sudor mihi per crura fluebat, oculi mortui; vix umquam reffectus sum. Melissa mea mirari coepit quod tam sero ambularem. 'si ante' inquit 'venisses, saltem nos adiuvises; lupus enim villam intravit et omnia pecora oppugnavit; tamquam lanius sanguinem illis 25
misit. nec tamen derisit, etiam si fugit; servus enim noster lancea collum eius traiecit'. haec ut audivi, operire oculos amplius non potui, sed luce clara domum fugi; et postquam veni in illum locum in quo lapidea vestimenta erant facta, nihil 30
inveni nisi sanguinem. ut vero domum veni, iacebat miles meus in lecto tamquam bos, et collum eius medicus curabat. intellexi illum versipellem esse, nec postea cum illo panem gustare potui, non si me occidisses.

Pliny, An alarming dream comes true

Gaius quidem Fannius id quod accidit multo ante praesensit. visus est sibi per nocturnam quietem iacere in lectulo suo compositus in habitum studentis, habere ante se scrinium – ita solebat. mox imaginatus est venisse Neronem, in toro resedissee, prompsisse primum librum quem de sceleribus eius ediderat, eumque ad extremum revolvisse; idem in secundo ac tertio fecisse, tunc abisse. expavit et sic interpretatus est, tamquam idem sibi futurus esset scribendi finis qui fuisset illi legendi: et fuit idem. 5

quod me recordantem miseratio subit quantum vigiliarum, quantum laboris exhausserit frustra. occursant animo mea mortalitas, mea scripta. nec dubito te quoque eadem cogitatione terreri, pro istis quae inter manus habes. proinde, dum suppetit vita, enitamur ut mors quam paucissima quae abolere possit inveniatur. 10 15

Suetonius, The portents before the murder of Julius Caesar

sed Caesari futura caedes evidentibus prodigiis denuntiata est. proximis diebus equorum greges, quos in traiciendo Rubiconi flumini consecraverat ac vagos et sine custode dimiserat, comperit pertinacissime pabulo abstinere ubertimque flere. et immolantem haruspex Spurinna monuit ut caveret periculum, quod non ultra Martias Idus proferretur. pridie autem easdem Idus avem regaliolum cum laureo ramulo Pompeianae curiae se inferentem volucres varii generis ex proximo nemore persecutae ibidem discerpserunt. ea vero nocte, cui inluxit dies caedis, et ipse sibi visus est per quietem interdum supra nubes volitare, alias cum love dextram iungere; et Calpurnia uxor imaginata est conlabi fastigium domus maritumque in gremio suo confodi; ac subito cubiculi fores sponte patuerunt.

ob haec simul et ob infirmam valitudinem diu cunctatus an se contineret et quae apud senatum proposuerat agere differret, tandem Decimo Bruto adhortante ne frequentes ac iamdudum opperientes destitueret, quinta fere hora progressus est libellumque insidiarum indicem ab obvio quodam porrectum libellis ceteris, quos sinistra manu tenebat, quasi mox lecturus commiscuit. dein pluribus hostiis caesis, cum litare non posset, introiit curiam spreta religione Spurinnamque irridens et ut falsum arguens, quod sine ulla sua noxa Idus Martiae adessent: quamquam is venisse quidem eas diceret, sed non praeterisse.

Virgil, Dido prepares to curse Aeneas

at regina, pyra penetrali in sede sub auras
 erecta ingenti taedis atque ilice secta,
 intenditque locum sertis et fronde coronat
 funerea; super exuvias ensemque relictum
 effigiemque toro locat haud ignara futuri. 5
 stant arae circum et crines effusa sacerdos
 ter centum tonat ore deos, Erebumque Chaosque
 tergeminamque Hecaten, tria virginis ora Dianae.
 sparserat et latices simulatos fontis Averni,
 falcibus et messae ad lunam quaeruntur aënis 10
 pubentes herbae nigri cum lacte veneni;
 quaeritur et nascentis equi de fronte revulsus
 et matri praereptus amor.
 ipsa mola manibusque piis altaria iuxta
 unum exuta pedem vinclis, in veste recincta, 15
 testatur moritura deos et conscia fati
 sidera; tum, si quod non aequo foedere amantes
 curae numen habet iustumque memorque, precatur.

List of abbreviations used

abl.	ablative
acc.	accusative
adj.	adjective
adv.	adverb
dat.	dative
f.	feminine
lit.	literally
m.	masculine
n.	neuter
pl.	plural

A

a, ab + abl. - from
abeo, abire, abii - go away, leave
aboleo, abolere - spoil, harm
abstineo, abstinere - stay away from, refuse
ac - and
accedo, accedere, accessi - go forward, approach
accido, accidere, accidi - happen, occur
acervus, acervi, m. - heap, pile
ad + acc. - to, at
adhortor, adhortari - urge, advise
adhuc - still
adiuvo, adiuvere, adiuvi, adiutus - help
adsum, adesse - be there, be present
Aeaeus, Aeaea, Aeaeum - of Aeaea (home of the witch Circe)
aeneus, aenea, aeneum - made of bronze
aequus, aequa, aequum - equal, fair
ager, agri, m. - land, territory, region
agino, aginare - plot, contrive
agna, agnae, f. - lamb
ago, agere, egi, actus - act, do
alias - at another time
alius, alia, alium - other
altare, altaris, n. - altar
ambulo, ambulare - walk
amica, amicae, f. - girl-friend
amicus, amici, m. - friend
amo, amare - love
amor, amoris, m. - love, a love-charm
amplius - any more, any longer
an - whether
angustiae, angustiarum, f.pl. - difficulties, emergencies
anilis, anile - of an old woman
anima, animae, f. - soul, spirit
animus, animi, m. - mind
ante + acc. - before, in front of; previously
antequam - before
antiquus, antiqua, antiquum - ancient
anus, anus, f. - old woman
apoculo, apoculare - get away, set off
appareo, apparere - appear, be revealed
apud + acc. - in, at
aqua, aquae, f. - water, a river
ara, arae, f. - altar
arguo, arguer - accuse, show up, expose
ars, artis, f. - art, skill
at - but, meanwhile
atavus, atavi, m. - great-great-great-grandfather
atque - and
audio, audire, audivi - hear, listen
aura, aurae, f. - breeze, upper atmosphere, heavens
auspex, auspicias, m. - augur
aut - or
aut ... aut - either ... or
autem - however, moreover
Avernus, Avernus, m. - Lake Avernus (said to be the entrance to the underworld)
avis, avis, f. - bird

B

bacciballum, bacciballi, n. - a little peach
bene - well
bos, bovis, m. - bull, ox
Brutus, Bruti, m. - Brutus

C

cado, cadere - fall, die
caedes, caedis, f. - murder
caedo, caedere, cecidi, caesus - slash, strike, kill
caelum, caeli, n. - sky
Caesar, Caesaris, m. - (Gaius Iulius) Caesar
Calpurnia, Calpurniae, f. - Calpurnia
canis, canis, m/f. - dog
cantabundus, cantabunda - singing
Capua, Capuae, f. - Capua (a town near Naples)
caput, capitis, n. - head, origin, source
carmen, carminis, n. - song, spell
caupo, cauponis, m. - innkeeper
caveo, cavere - beware of
centum - a hundred
ceteri, ceterae, cetera - the rest, the others
Chaos, n. - Chaos (an underworld god)
chors, chortis, m. - hen-coop
circa + acc. - around
circum - all around
circummingo, circummingere, circumminxi - urinate, piddle around
clarus, clara, clarum - clear, bright
coepi, coepisse - begin
cogitatio, cogitationis, f. - thought
cognosco, cognoscere - find out, learn about
collum, colli, n. - neck
comes, comitis, m. - companion
commisceo, commiscere, commiscui + abl. - mix together, put with
comperio, comperire, comperi - find out, learn
compono, componere, composui, compositus - arrange, settle
concieo, conciere, concivi, concitus - set in motion
confodio, confodere - strike, stab
conlabor, conlabi, conlapsus sum - collapse
consciis, conscia, consciis + gen. - aware of, with knowledge of
consecro, consecrare, consecravi - dedicate, bless
consumo, consumere, consumpsi - use up
contineo, continere - keep in **se continere** - stay at home
contubernalis, contubernalis, m. - partner
cornix, cornicis, f. - magpie
corono, coronare - crown
corpus, corporis, n. - body
corvus, corvi, m. - crow
crines, crinium, f.pl. - hair
crus, cruris, n. - leg
cubiculum, cubiculi, n. - bedroom
cum - when, since, although
cum + abl. - with
cunctor, cunctari, cunctatus sum - wait, hesitate

cura, curae, f. - care
curia, curiae, f. - senate-house
curo, curare - care for, attend to
custos, custodis, m. - guard, keeper

D

de + abl. - about, concerning
Decimus, Decimi, m. - Decimus (Brutus)
decreasco, decrescere, decrevi - decrease
decurro, decurrere - run down
dein/deinde - then, next
denuntio, denuntiare, denuntiavi, denuntiatus - indicate
derideo, deridere, derisi - laugh (at), find something funny
nec derideo - 'not have the last laugh'
destituo, destituere - let down, disappoint
deus, dei, m. - god
dextra, dextrae, f. - right hand
Diana, Dianae, f. - Diana (a goddess)
dico, dicere - say
dies, diei, m. - day, sun
supremum diem obo - meet the last day, die
differo, differre - put off, postpone
dimitto, dimittere, dimisi - send off, let loose
Dipsas, Dipsadis, f. - Dipsas (in Greek = thirsty)
discerpo, discerpere, discerpsi - tear apart
diu - for a long time
divinus, divina, divinum (+ gen.) - divinely inspired, prophetic (of)
dominus, domini, m. - master
domus, domus, f. - house, home
donec - until
dormio, dormire - sleep
dubito, dubitare - doubt
duco, ducere - lead on a journey, escort
dum - while
duplex, duplicis - double

E

e, ex + abl. - out of, from
ebullio, ebullire, ebullivi - boil over, pour out
edo, edere, edidi - produce, publish
effigies, effigiei, f. - effigy, model
effusus, effusa, effusum - flowing, loose
ego, me, mei, mihi - I, me
enim - for
enitor, eniti, enisus sum - strive, try to ensure
ensis, ensis, m. - sword
eo, ire - go
equa, equae, f. - female horse, mare
equus, equi, m. - horse
et - and, also
etiam - even
evidens, evidentis - clear, obvious
evoco, evocare - call forth, summon
exeo, exire, exii - go out, go away
exhaurio, exhaurire, exhausti - exhaust, use up
exoro, exorare - soothe, relieve

expavescio, expavescere, expavi - become terrified
expedio, expedire - sort out, manage
extremum, extremi, n. - end
exuo, exuere, exui, exutus - strip
exuviae, exuviarum, f.pl. - clothing

F

facio, facere, feci, factus - make, do
faex, faecis, f. - dregs
falsus, falsa, falsum - false
falx, falcis, m. - sickle
fama, fama, f. - story, rumour, reputation
Fannius, Fannii, m. - (Gaius) Fannius
fastigium, fastigii, n. - gable, pediment
fatum, fati, n. - fate
felix, felicitas - happy
fere - almost
fetus, feta, fetum - pregnant
fides, fidei, f. - trust, faith, belief
findo, findere - split open
finis, finis, m. - end
fio, fieri, factus sum - become, be made
fleo, flere - weep, cry
flumen, fluminis, n. - river
fluo, fluere - flow, pour
foedus, foederis, n. - position, relationship
fons, fontis, m. - spring
fores, forum, f.pl. - double doors
forte - by chance
fortis, fortis - brave
frequens, frequentis - frequent, crowded, in large numbers
frons, frontis, f. - forehead
fros, frondis, f. - foliage
frustra - in vain, to no purpose
fugio, fugere, fugi - flee, run off, escape
funereus, funerea, funereum - of death, funereal
futurus, futura, futurum - going to be, future, fated

G

Gaius, Gaii, m. - Gaius (Fannius)
Galatea, Galatae, f. - Galatea
gallicinium, gallicinii, n. - cock-crow
geminus, gemina, geminum - twin, both
genus, generis, n. - kind, species
gladius, gladii, m. - sword
glomero, glomerare - collect, mass together
gramen, graminis, n. - grass, herb
gremium, gremii, n. - lap, bosom
grex, gregis, m. - flock, herd
gusto, gustare - taste, eat

H

habeo, habere - have
habitus, habitus, m. - manner, posture, appearance
haruspex, haruspicus, m. - soothsayer
haud - not
Hecate, Hecates, f. (acc. Hecaten) - Hecate (a goddess of the underworld)

herba, herbae, f. - grass
 hic, haec, hoc - he, she, it; this, these
 homo, hominis, m. - man, (colloquially) fellow, chap
 hora, horae, f. - hour
 hospes, hospitis, m. - guest
 hostia, hostiae, f. - victim, sacrificial animal
 humus, humi, f. - earth, ground

I

iaceo, iacere - lie
 iam - now, already
 iamdudum - for a long time already, long since
 ibidem - in the same place, on the spot
 idem, eadem, idem - the same
 Idus, Iduum, f.pl. - Ides (the mid-point of each month)
 ignarus, ignara, ignarum +gen. - unaware (of)
 ilex, ilicis, f. - holm-oak
 ille, illa, illud - he, she, it; that, those
 imaginor, imaginari, imaginatus sum - imagine, dream
 imber, imbris, m. - rain-storm
 imminens, imminens - imminent, impending
 immolo, immolare - sacrifice
 impius, impia, impium - ungodly, wicked
 in + abl. - in, on
 in + acc. - into, onto
 index, indicis, m. (+ gen.) - giving information (about)
 infero, inferre + dat. - take into se infero - enter
 infirmus, infirma, infirmum - weak
 ingens, ingentis - huge
 inlucesco, inlucescere, inluxi - grow light, dawn
 inquit - he/she said
 insidiae, insidiarum, f.pl. - conspiracy
 instituo, instituere, institui, institutus - begin, start
 intellego, intellegere, intellexi - understand
 intendo, intendere - spread
 inter + acc. - amongst, between
 interdum - sometimes, at times
 interpretor, interpretari, interpretatus sum - interpret, explain
 intro, intrare, intravi - enter
 introeo, introire, introii - go inside, enter
 invenio, invenire, inveni - find
 iocor, iocari, iocatus sum - joke
 ipse, ipsa, ipsum - himself, herself, itself; themselves
 irrideo, irridere - laugh at, mock
 is, ea, id - he, she, it; this, that
 iste, ista, istud - that, those
 ita - in this way
 itaque - and so, therefore
 iter, itineris, n. - journey, route
 iungo, iungere - join, hold (hands)
 Iuppiter, Iovis, m. - Jupiter
 iustus, iusta, iustum - just, fair
 iuxta + acc. - next to

L

labor, laboris, m. - work, effort
 lac, lactis, f. - milk, juice
 laevus, laeva, laevum - on the left, unlucky, ill-omened
 lancea, lanceae, f. - spear, lance
 lanius, lanii, m. - butcher
 Lanuvinus, Lanuvina, Lanuvinum - of Lanuvium (a town south of Rome)
 lapideus, lapidea, lapideum - made of stone
 larva, larvae, f. - ghost
 latex, laticis, m. - liquid, water
 laureus, laurea, laureum - of laurel
 lectulus, lectuli, m. - small couch
 lectus, lecti, m. - bed, couch
 lego, legere, legi, lectus - read
 lena, lenae, f. - procuress, go-between
 libellus, libelli, m. - short book, document
 liber, libri, m. - book
 licet, licere - it is permitted sis licet - may you be
 licium, licii, n. - thread
 liquidus, liquida, liquidum - flowing, clear
 lito, litare - obtain a favourable omen
 loco, locare - place, put, lay
 locus, loci, m. - place
 longus, longa, longum - long
 luceo, lucere - shine
 lumen, luminis, n. - light
 luna, lunae, f. - moon ad lunam - by moonlight
 lupa, lupae, f. - she-wolf
 lupus, lupi, m. - wolf
 lux, lucis, f. - light, daylight

M

magus, maga, magum - magic
 malo, malle, malui - prefer
 mane - in the morning
 mannus, manni, m. - pony, carriage-horse
 manus, manus, f. - hand inter manus - in hand, in progress
 maritus, mariti, m. - husband
 Martiae (Martiarum) Idus (Iduum), f.pl. - the Ides (=15th) of March
 mater, matris, f. - mother
 medicus, medici, m. - doctor
 Melissa, Melissa, f. - Melissa
 Memnon, Memnonis, m. - Memnon (the Ethiopian son of Dawn)
 memor, memoris + gen. - mindful of, not forgetting
 meridies, meridiei, m. - midday
 merus, mera, merum - raw, entire
 meto, metere, messii, messus - harvest, gather
 meus, mea, meum - my
 miles, militis, m. - soldier
 miliarium, miliarii, n. - milestone
 miror, mirari, miratus sum - be surprised, wonder
 miseratio, miserationis, f. - pity, regret
 mitto, mittere, misi - send, let out
 mola, molae, f. - grain
 moneo, monere, monui - warn

monimentum, monimenti, n. - *tombstone, monument*
morior, mori, mortuus sum - *die*
mors, mortis, f. - *death*
mortalitas, mortalitatis, f. - *mortality*
moveo, movere - *move, disturb*
mox - *soon, shortly*
multo - *much, far*

N

nam - *for*
nanciscor, nancisci, nactus sum - *obtain, take*
narro, narrare - *tell, describe*
nascor, nasci, natus sum - *be born*
Nasidianus, Nasidiani, m. - *Nasidianus*
nasus, nasi, m. - *nose*
ne - *not to*
nec - *nor, and not, but not*
nec ... nec - *neither ... nor*
negotium, negotii, n. - *business*
nemus, nemoris, n. - *grove, wood*
Nero, Neronis, m. - *the emperor Nero*
nescio, nescire - *not know*
niger, nigra, nigrum - *black, dark*
nihil - *nothing*
nisi - *except*
nocturnus, nocturna, nocturnum - *of night*
nolo, nolle, nolui - *be unwilling, not want; (+ infinitive)*
don't
nomen, nominis, n. - *name*
non - *not*
nos, nostri, nobis - *we, us*
nosco, noscere, novi - *get to know, learn*
noster, nostra, nostrum - *our*
nox, noctis, f. - *night*
noxa, noxae, f. - *harm*
nubes, nubis, f. - *cloud*
nubilum, nubili, n. - *cloud*
numen, numinis, n. - *divine power*
numero, numerare - *count*

O

ob + acc. - *because of*
obeo, obire, obii - *meet*
supremum diem obeo - *meet the last day, die*
obliquus, obliqua, obliquum - *slanting, sideways*
per obliquum - *coming from the side*
obvius, obvia, obvium - *in the road, a bystander*
occasio, occasionis, f. - *opportunity*
occido, occidere, occidi - *kill*
occurso, occursare (+ animo) - *come to mind*
ocrea, ocreae, f. - *greave (worn by soldiers on the leg)*
per scutum per ocream - *by all possible means*
oculus, oculi, m. - *eye*
omen, ominis, n. - *omen*
omnis, omne - *all*
operio, operire - *shut, cover*
opperior, opperiri - *wait*
oppugno, oppugnare, oppugnavi - *attack*
orbis, orbis, m. - *sphere, heaven, sky; eye*

Orcus, Orci, m. - *the underworld, hell*
ortus, ortus, m. - *sunrise, the East*
os, oris, n. - *mouth; (pl.) face*
oscen, oscinis, m. - *a prophetic bird*
ovum, ovi, n. - *egg*

P

pabulum, pabuli, n. - *fodder, grazing*
paene - *almost*
palus, paludis, f. - *marsh*
panis, panis, m. - *bread*
parens, parentis, m/f. - *parent*
parra, parrae, f. - *owl*
pateo, patere, patui - *be open*
pauci, paucae, pauca - *few*
pecus, pecoris, n. - *flock, sheep*
penetralis, penetrale - *interior, innermost*
per + acc. - *through, by*
periculum, periculi, n. - *danger*
persequor, persequi, persecutus sum - *pursue*
persuadeo, persuadere + dat. - *persuade*
pertinax, pertinacis - *stubborn, obstinate*
pervenio, pervenire - *come to, reach*
pes, pedis, m. - *foot*
picus, pici, m. - *woodpecker*
pius, pia, pium - *holy, sacred, sanctified*
pluma, plumae, f. - *feather*
plures, plurium - *more*
Pompeianus, Pompeiana, Pompeianum - *built by Pompey*
pono, ponere, posui - *put, place*
porcus, porci, m. - *pig*
porrigo, porrigere, porrexi, porrectus - *hold out, offer*
possum, posse, potui - *be able, can*
postea - *afterwards*
postquam - *after, when*
praegnans, praegnantis - *pregnant*
praeripio, praeripere, praeripui, praereptus - *steal, snatch from (+ dat.)*
praesentio, praesentire, praesensi - *foresee*
praetereo, praeterire, praeterii - *go past, be gone*
precor, precari - *pray (to)*
prex, precis, f. - *prayer*
pridie - *the day before*
primo - *at first*
primus, prima, primum - *first*
prior, prioris - *previous, last year's*
pro + abl. - *for, on account of*
proavus, proavi, m. - *great-grandfather*
prodigium, prodigii, n. - *portent, sign*
profero, proferre - *put off, delay*
progredior, progredi, progressus sum - *set off*
proinde - *accordingly, therefore*
prompo, promere, prompsi - *bring out*
propono, proponere, proposui - *propose, plan, intend*
providus, provida, providum - *far-sighted, prophetic*
proximus, proxima, proximum - *nearest, nearby, previous*
pubens, pubentis - *vigorous, powerful, potent*

pulcher, pulchra, pulchrum - beautiful
pupula, populae, f. - pupil (of the eye)
purpureus, purpurea, purpureum - purple, red
purus, pura, purum - pure, clear
puto, putare - think
pyra, pyrae, f. - funeral pyre

Q

quaero, quaerere - search for, find
quam + superlative - as ... as possible
quamquam - although
quantus, quanta, quantum - how great, how much
quasi - as if
-que - and
-que ... -que - both ... and
quemadmodum - how
qui, qua, quod (adj.) - any
qui, quae, quod - who, which
quicumque, quaecumque, quodcumque - whoever, whichever
quidam, quaedam, quoddam - a certain, somebody
quidem - indeed, certainly, in fact
quies, quietis, f. - quiet, peace
quintus, quinta, quintum - fifth
quis? quid? - who? what?
quod - because
quoque - also

R

ramulus, ramuli, m. - small branch, twig
ravus, rava, ravum - grey, tawny
recingo, recingere, recinxi, recinctus - undo, loosen
recino, recinere - sound repeatedly, hoot
recordor, recordari - think about
recurvo, recurvare - bend backwards, turn back
reficio, reficere, refeci, refectus - revive, recover
regaliolus, regalioli, m. - king-bird, wren
regina, reginae, f. - queen
religio, religionis, f. - ritual, superstition
relinquo, relinquere, reliqui, relictus - leave behind
repeto, repetere - head back to, return to
res, rei, f. - thing, fact
resido, residere, resedi - sit down
respicio, respicere, respexi - look at
revello, revellere, revelli, revulsus - tear off, rip
revolvo, revolvere, revolvi - unroll
rhombus, rhombi, m. - magic wheel
roseus, rosea, roseum - rose-coloured
Rubico, Rubiconis, m. - the river Rubicon
rumpo, rumpere - break off, interrupt

S

sacerdos, sacerdotis, m/f. - priest/priestess
saga, sagae, f. - soothsayer, prophetess
sagitta, sagittae, f. - arrow
salsus, salsa, salsum - salted
saltem - at least
sanguis, sanguinis, m. - blood
scelus, sceleris, n. - crime

scio, scire - know
scribo, scribere, scripsi, scriptus - write
scrinium, scrinii, n. - writing-desk
scutum, scuti, n. - shield
per scutum per ocream - by all possible means
se, sibi - himself, herself, itself, themselves
seco, secare, secui, sectus - cut
secundum + acc. - along, beside
secundus, secunda, secundum - second
sed - but
sedeo, sedere - sit
sedes, sedei, f. - home
semper - always
senatus, senatus, m. - the senate
sepulcrum, sepulcri, n. - tomb, grave
sero - late
serpens, serpentis, m. - snake
sertum, serti, n. - garland, wreath
servio, servire - be a slave
servus, servi, m. - slave
si - if
sic - in this way
sidus, sideris, n. - star, planet
silva, silvae, f. - wood
similis, simile (+ dat.) - like, similar (to)
simul - at the same time, also
simulo, simulare, simulavi, simulatus - pretend, represent
sine + abl. - without
sinister, sinistra, sinistrum - left, on the left
sobrius, sobria, sobrium - sober
sol, solis, m. - sun
soleo, solera - be accustomed to, usually
solidus, solida, solidum - solid
sollicito, sollicitare - worry, upset
somnium, somnii, n. - dream
spargo, spargere, sparsi - sprinkle
sperno, spernere, spreui, spretus - scorn, despise
sponte - of their own accord
Spurinna, Spurinnae, m. - Spurinna
stela, stelae, f. - tombstone
stillo, stillare - drip
sto, stare - stand
stantes paludes - stagnant marshes
stringo, stringere, strinxit, strictus - pull out, draw (a sword)
studeo, studere - study
sub + acc. - below, right up to
subeo, subire - arise in, come over
subito - suddenly
sudor, sudoris, m. - sweat
sum, esse, fui - be
super - on top, high up
supersum, superesse - be left, remain
suppeto, suppetere - last, exist
supra + acc. - above
supremus, suprema, supremum - last
supremum diem oboe - meet the last day, die

suscito, suscitare - *arouse, bring forth, conjure up*
suspikor, suspicari - *suspect, think*
suus, sua, suum - *his own, her own, their own*
sua noxa - *harm to him*

T

taeda, taedae, f. - *pine branch*
tam - *so*
tamen - *however*
tamquam - *as though, as if, like*
tandem - *at last*
tego, tegere, tegi, tectus - *cover*
teneo, tenere - *hold*
ter - *three times*
Terentius, Terentii, m. - *Terentius*
tergeminus, tergemina, tergeminum - *threefold, triple-bodied*
terreo, terrere, terrui, territus - *frighten, terrify, alarm*
tertius, tertia, tertium - *third*
testor, testari, testatus sum - *call to witness, call upon*
timeo, timere + dat. - *be afraid, worry about*
timor, timoris, m. - *fear*
tollo, tollere - *lift up*
tono, tonare - *thunder out, call upon*
torqueo, torquere, torsi, tortus - *twist, whirl*
torus, tori, m. - *couch*
totus, tota, totum - *whole*
traicio, traicere, traieci - *stab, run through; cross over*
tres, tria - *three*
tu, te, tui, tibi - *you (sing.)*
tum, tunc - *then*
tus, turis, n. - *frankincense*
tuus, tua, tuum - *your*

U

ubertim - *copiously, in floods*
ubi - *where*
ubicumque - *wherever*
ullus, ulla, ullum - *any*
ultra + acc. - *beyond*
ululo, ululare - *howl*
umbra, umbrae, f. - *shadow, ghost*
umquam - *ever*
unus, una, unum - *one*
ut - *as, like (+ indicative); as, when; (+ subjunctive) that, in order to*
uxor, uxoris, f. - *wife*

V

vagus, vaga, vagum - *wandering, loose*
valeo, valere - *be strong, have power*
valitudo, valitudinis, f. - *health*
varius, varia, varium - *different*
venenum, veneni, n. - *poison*
venio, venire, veni - *come*
vero - *really, actually, in fact*
versipellis, versipellis, m. - *werewolf*
verto, vertere, versi, versus - *turn, change, transform*
vestimenta, vestimentorum, n.pl. - *clothes*

vestis, vestis, f. - *clothing, dress*
veto, vetere - *prevent*
via, viae, f. - *road*
video, videre, vidi, visus - *see; (passive) seem, appear*
vigilia, vigiliae, f. - *time awake, sleepless night*
vigilo, vigilare - *stay awake*
villa, villae, f. - *country house, farm*
vinclum, vincli, n. - *fastening, tie, strap*
vindemia, vindemiae, f. - *wine-harvest, vintage*
virgo, virginis, f. - *virgin*
virus, viri, n. - *fluid, discharge (from an aroused mare)*
vita, vitae, f. - *life*
vivo, vivere - *live*
vix - *hardly, only just*
volito, volitare - *fly, flutter around*
volo, velle, volui - *wish, want*
volpes, volpis, f. - *fox*
volucris, volucris, f. - *bird*
vultus, vultus, m. - *face*